

sermo, sive canticum, quod relicto in templo filio, cecinit Anna, divinas, ut vides, continet laudes; et tamen dicitur *Oratio*, cum nihil hic appareat precatorium. Sed non id est in Scripturâ novum; sæpè enim ut pro oratione laus, sic etiam pro laude ponitur oratio. Threnor. cap. 2, v. 19: *Consurge, lauda in nocte*. Et c. 7: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem*. Vide quæ nos in utroque loco. Et sanè ad obtinendum quæ volumus magnum à laude pondus sumit oratio, atque idèò, ut locis proximè citatis ostendimus, viri pii à laude sæpè orationem ordiuntur, quæ optima est divinæ benevolentia captandæ forma.

Antequàm ex hujus primi capitis commentariis emergo, expendi velim in lectore pio, quanto studio atque alacritate sancta hæc mater charissimum à suo sinu filium distrahat, id est, non levem à se suorum viscerum partem divellat. Cum exultare se dicat vehementer, cum à seipsâ emancipatum filium, divinæ mancipat servituti. *Vitem* supra appellârat Annam magnam Chrystostomus, quæ egrègiùm ad templum usque palmitem producebat. Sed hoc planè admirandum est in Annâ, quòd cum aliæ vites, dum sub vernam temperiem putatoriâ falce sarmenta rescantur, lacrymarum incipiunt, quasi sud ipsarum orbata progenie: Anna tamen exultat et cantat, quasi hoc beneficium majus existimaret, quòd Deus, et illius nomine

enfin la femme d'un homme de campagne, une paysanne peut-elle avoir composé un morceau qui a les formes poétiques? Cela n'est pas probable. Ce cantique a dû être fait par quelque Lévite du temps, et même après coup par l'écrivain de cette histoire. Cette licence nous avertit de l'intérêt personnel et même de la partialité que nous devons trouver en tout ce récit.

Eadem forè dicuntur à Cahen (*Bib. tom. 7*): utriusque verò satis responsum erit, si animadvertatur Annæ piæ mulieri à Spiritu sancto inspiratum fuisse canticum istud, ac proinde mirum non esse multa ab eâ dici quæ mulierice ingenium superare videantur.

CAPUT II.

1. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo; dilatatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo.

2. Non est sanctus ut est Dominus; neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut Deus noster.

3. Nolite multiplicare loqui sublimia,

sacerdos oblatum admisissent infantem, quàm illum priùs Dei liberalitate in sterili vulvâ concepisse.

Et reverà ita est, quia sicut ille alius Macedonum rex feliciùs secum actum existimabat, quòd Aristotelem habuisset magistrum, quàm quòd Phillippum genitorem, sic etiam Anna magis putabat fortunatum filium, quòd à Deo esset in templum, id est, in suam familiam adoptatus, quàm quòd susceptus esset in lucem. Cum autem amor amato benè cupiat, et quæ sic amabat Samuelem, exultare non immeritò debuit, quòd sors illa felix in Domini familiâ filio contigisset. Amabat Moysen mater hebræa, quæ aut ancilla erat apud Ægyptios, aut certè non longè aberat ab ancillari conditione; et idèò non gravatè tulit, imò vehementer lætata est, quòd filia regis illum adoptaret, et ad regias delicias è servili conditione traderet. Sic ergo lætata est Anna, cum è privatâ atque profanâ domo, ad templum, id est, Dei familiam, translatus est filius, quod perinde fuit, atque si fera atque sylvestris planta, qualis esset oleaster, inserta esset in bonam olivam, et particeps esset pinguedinis et stirpis nobilis, cujus illam natura exortem effecerat. Ita sanè Chrystostomus homil. 3 de fide Annæ: « Ascendit, inquit, Anna præclarum illud germen transplantans. Et quemadmodum industriæ agricolæ primùm semen in terram deponunt cuperent, aut aliarum arborum similia: deinde ubi conspexerunt è semine factam arborem, non relinquunt in eadem terrâ; sed inde revulsam plantulam in aliud transferunt solum, ut terra in recens gremio suo exceptam illius radicem puram, et integram vim suam proferat ad novam educationem. » Hinc disceant parentes, non esse, cur dolent quòd filii paternâ domo, et secunè commoditate relicti, Deo se totos in religione consecrant, et ab humanâ ad divinam quodammodò familiam commigrent.

CHAPITRE II.

1. Mon cœur abattu et humilié a tressailli d'allégresse dans le secours que j'ai reçu du Seigneur, et ma gloire obscurcie a été relevée par la fécondité que j'ai obtenue de mon Dieu, de sorte que ma bouche, auparavant réduite au silence, s'est ouverte pour répondre à mes ennemis, parce que j'ai mis ma joie et ma confiance dans votre grâce salutaire, ô mon Dieu.

2. Ainsi j'ai éprouvé que nul n'est saint, comme l'est le Seigneur; non, mon Dieu, il n'y en a point d'autre semblable à vous en sainte-

gloriantes; recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, et ipsi præparantur cogitationes.

4. Arcus fortium superatus est, et infirmi: accincti sunt robore.

5. Repleti priùs pro panibus se locaverunt, et famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios infirmata est.

6. Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.

7. Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat.

8. Suscitât de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.

9. Pedes sanctorum suorum servabit, et impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine suâ roborabitur vir.

10. Dominum formidabunt adversarii ejus, et super ipsos in caelis tonabit: Dominus judicabit fines terræ, et dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui.

11. Et abiit Elcana Ramatha in domum suam; puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

12. Porrò filii Heli, filii Belial, ne scientes Dominum

13. Neque officium sacerdotum ad populum; sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, et habebat fuscilam tridentem in manu suâ,

té, en justice, en bonté, et nul n'a une force pareille à celle de notre Dieu.

3. Cessez donc, ô orgueilleux, de vous glorifier à l'avenir avec des paroles insolentes; que votre ancien langage ne sorte plus de votre bouche; l'orgueil, qui en est la source, ne peut être caché au Seigneur, parce que le Seigneur est le Dieu de toute connaissance et qu'il pénètre les pensées des plus secrètes des cœurs.

4. Ainsi, par l'effet de sa justice et de sa miséricorde, l'arc des forts a été brisé et les faibles ont été remplis de force.

5. Ceux qui étaient auparavant comblés de bien ont été réduits à se louer pour avoir du pain, et ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés. Celle qui était stérile est devenue mère de beaucoup d'enfants, et celle qui avait beaucoup d'enfants est tombée dans la défaillance, et cessa d'en avoir.

6. Car le Seigneur ôte et donne la vie quand il lui plaît; il conduit aux enfers, et il en retire, selon sa volonté.

7. Le Seigneur fait le pauvre et le riche; il abaisse et il élève.

8. Il tire, quand il veut, le pauvre de la pousière et l'indigent du fumier pour le faire asseoir entre les princes et lui donner un trône de gloire. C'est au Seigneur qu'appartiennent les fondemens de la terre, et c'est lui qui par sa propre toute-puissance a posé sur eux le monde.

9. Il gardera, par la même puissance, les pieds de ses saints; et les impiés seront par son ordre réduits au silence dans leurs ténébres, parce que l'homme, avec toute sa force, ne sera que faiblesse devant lui.

10. Ainsi les ennemis du Seigneur tremblent lorsqu'il tonnera sur eux du haut des cieux et qu'il viendra les juger selon leurs œuvres; car le Seigneur jugera toute la terre, il fera régner celui qu'il a établi roi, et il recevra la gloire et la puissance de son Christ en l'élevant au-dessus de toutes les autres puissances.

11. Après cela Elcana s'en retourna à sa maison à Ramatha; et l'enfant servait en la présence du Seigneur devant le grand-prêtre Heli.

12. Or, les enfans d'Héli étaient des enfans de Bélial, des impiés et des méchants, qui ne connaissaient ni le Seigneur

13. Ni le devoir des prêtres à l'égard du peuple; car qui que ce soit qui est immolé une victime, le serviteur du prêtre venait pendant qu'on en faisait cuire la chair, et tenant à la main une fourchette à trois dents,

14. Et mittebat eam in lebetem vel in caldarium, aut in ollam sive in cacabum, et omne quod levabat fuscina, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant universo Israel venientium in Silo.

15. Etiam antequam adolere adipem veniebat puer sacerdotis, et dicebat immolanti: Da mihi carnem ut coquam sacerdoti; non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.

16. Dicebatque illi immolans: Incendatur primum juxta morem hodie adeps, et tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam; nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retraherant homines à sacrificio Domini.

18. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo ut immolaret hostiam solemnem.

20. Et benedixit Heli Elcanæ et uxori ejus, dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hæc, pro fenore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum.

21. Visitavit ergo Dominus Annam, et concepit et peperit tres filios et duas filias; et magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22. Heli autem erat senex valde; et audivit omnia quæ faciebant filii sui universo Israeli, et quomodo dormiebant cum mulieribus quæ observabant ad ostium tabernaculi;

23. Et dixit eis: Quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?

24. Nolite, filii mei; non enim est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciat is populum Domini.

14. Il la plongeait dans la chaudière ou dans le chaudron, dans la marmite ou dans le pot; et tout ce qu'il pouvait enlever avec la fourchette était pour le prêtre, qui ne se contentait pas de la portion de la victime qui lui était destinée par la loi. Ils traitaient ainsi tout le peuple qui venait à Silo.

15. Avant qu'on fit aussi brûler la graisse de l'hostie, le serviteur du prêtre venait, et disait à celui qui immolait: Donnez-moi de la chair afin que je la fasse cuire pour le prêtre, car je ne recevrai pas de vous de chair cuite, mais j'en veux de crue, afin de l'accommoder selon son goût.

16. Celui qui immolait lui disait: Qu'on fasse auparavant brûler la graisse de l'hostie, selon la coutume, afin de commencer par rendre ce qu'on doit au Seigneur; et après cela prenez de la chair autant que vous en voudrez. Mais le serviteur lui répondait: Non, vous en donnerez présentement, ou je l'enlèverai de force.

17. Et ainsi le péché de ces enfants d'Héli était très-grand devant le Seigneur, parce qu'ils détournaient les hommes du sacrifice du Seigneur.

18. Cependant l'enfant Samuel servait devant le Seigneur, vêtu d'un éphod de lin.

19. Et sa mère lui faisait une petite tunique, qu'elle lui apportait aux jours solennels, lorsqu'elle venait avec son mari pour offrir le sacrifice ordinaire.

20. Or, la piété de cette femme ne demeura pas sans récompense; Héli bénit Elcana et sa femme, et il dit à Elcana: Que le Seigneur, pour l'enfant que vous avez mis aujourd'hui en dépôt entre ses mains, vous en rende d'autres de cette femme. Après quoi ils s'en retournèrent chez eux.

21. Le Seigneur visita donc Anne, selon la parole d'Héli, et elle conçut et enfanta trois fils et deux filles; et l'enfant Samuel croissait devant le Seigneur.

22. Quant à Héli, qui était extrêmement vieux, ayant appris la manière dont ses enfants se conduisaient à l'égard de tout le peuple d'Israël, et qu'ils dormaient avec les femmes qui venaient veiller à l'entrée du tabernacle.

23. Au lieu de les châtier avec sévérité, il leur dit seulement: Pourquoi faites-vous toutes ces choses que j'apprends, ces crimes détestables dont parle tout le peuple?

24. Ne faites plus cela, mes enfants; car il est bien fâcheux que l'on publie de vous que vous portez le peuple du Seigneur à violer ses commandements.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos.

26. Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, et placebat tam Domino quam hominibus.

27. Venit autem vir Dei ad Heli, et ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non apertè revelatus sum domui patris tui cum essent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me; et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel.

29. Quare calce abjecistis victimam meam et munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo; et magis honorasti filios tuos quam me; et comederitis primitias omnis sacrificii Israel populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Israel: Loquens locutus sum ut domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo, usque in sempiternum. Nunc autem, dicit Dominus, absit hoc à me: sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnit me, erunt ignobiles.

31. Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tuâ.

32. Et videbis semulum tuum in templo, in universis prosperis Israel: et non erit senex in domo tuâ omnibus diebus.

33. Veruntamen non auferam penitens virum ex te ab altari meo: sed ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua: et pars magna domus tue morietur, cum ad virtutem ætatem venerit.

25. Si un homme pêche contre un homme, on peut lui rendre Dieu favorable; mais si un homme pêche contre le Seigneur, qui priera pour lui? Les enfants d'Héli n'écoutèrent point la voix de leur père, parce que le Seigneur voulait les perdre en punition de leurs crimes.

26. Or, l'enfant Samuel s'avancait et croissait en âge et en piété, et il était agréable à Dieu et aux hommes.

27. En ce temps-là, un homme de Dieu vint trouver Héli, et lui dit: Voici ce que dit le Seigneur: Ne me suis-je pas fait connaître visiblement à la maison de votre père, lorsqu'ils étaient en Égypte sous la domination de Pharaon?

28. Je l'ai choisi entre toutes les tribus d'Israël pour être mon prêtre, pour monter à mon autel, pour m'offrir des parfums et porter l'éphod en ma présence; et j'ai donné part à la maison de votre père à tous les sacrifices des enfants d'Israël.

29. Pourquoi avez-vous foulé aux pieds mes victimes et les dons que j'ai commandé qu'on m'offrit dans le temple, en les profanant? Et pourquoi avez-vous plus honoré vos enfants que moi, en ne les chassant pas du ministère? Et comment avez-vous été assez faible pour manger avec eux, contre ma défense, les prémices de tous les sacrifices de mon peuple d'Israël, et la portion même qui devait être consommée sur mon autel?

30. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël: J'avais déclaré et promis que votre maison et la maison de votre père serviraient pour jamais devant ma face; mais maintenant je suis bien éloigné de cette pensée, dit le Seigneur; car je glorifierai qui-conque m'aura rendu gloire, et ceux qui me méprisent tomberont dans le mépris; c'est ce que je ferai à votre égard.

31. Il va venir un temps où je couperai votre bras et le bras de la maison de votre père; j'en ôterai la souveraine sacrificature, en sorte qu'il n'y aura point à l'avenir de vieillard et de souverain pontife dans votre maison.

32. Et lorsque tout Israël sera dans la prospérité, vous verrez dans le temple un homme qui sera l'objet de votre envie, et il n'y aura jamais de vieillard ni de souverain pontife dans votre maison.

33. Néanmoins je n'éloignerai pas entièrement de mon autel tous ceux de votre race; mais je ferai que vos yeux seront obscurcis, et que votre âme séchera de langueur; et une

34. Hoc autem erit tibi signum. quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni et Phinees : in die uno morientur ambo.

35. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum et animam meam faciet; et ædificabo ei domum fidelem, et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

36. Futurum est autem ut quicumque repanserit in domo tuâ, veniat ut ore tur pro eo, et offerat nummum argenteum, et tortam panis, dicatque : Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

COMMENTARIUM.

Familia fuit Hebræis, cum aliquid eximium accipissent à Deo, illud aliquo publico, atque insigni monumento testari, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis in Isaiam ad cap. 58, n. 25. Sic Ezechias Isaiæ cap. 58, quod à Deo, cum desperatum esset de salute, liberatus fuerit à morbo, publico testimonio professus est. Sic Jonas, quod à ceto, et fluctibus incolumis portum evaserit: sic sæpè David; sic Habacuc; sic tres apud Danielem pueri quos Deus ex ardentis fornace non sanos solum, sed etiam gloriosos eduxit. Sic Anna tanti beneficii, et edito hoc hymno, et oblato infante, qui eorum, qui religionis et voti gratia tabernaculum obirent, occursaret oculis, publicam voluit conservare memoriam.

Quemadmodum capsæ, quæ aromata, aut unguenta continent, odorem retinent, etiam dum vacuæ sunt, quem à re odoratâ aliquandiu libarunt, sic etiam Anna, qui novem mensibus sacerdotem et prophetam in visceribus condidit, aliquid inde hausit, quod ad prophetale et sacerdotale negotium pertineret. Quare divinus canit laudes, quod sacerdotis est; et futura prædicit, quod prophetae. Utrumque verò munus in hoc gratulatorio cantico Annam præstitisse docet Augustinus lib. 17, cap. 4; Gregorius, Angelomus, Euthymius, et Jansenius in explicatione hujus cantici, Abulensis in fine præcedentis capituli. Idem, quod Annæ contigit, in evangelico seculo Elizabeth, quæ cum in utero Joannem prophetam contineret, ipsa quoque spiritu afflata prophetico, et occulta cognovit, et futura prædixit. Est autem

grande partie de ceux de votre maison mourront lorsqu'ils seront venus en âge d'homme.

34. La marque que vous en auez est ce qui arrivera à vos deux fils, Ophni et Phinees, qui mourront tous deux en un même jour.

35. Et je me suscitai un prêtre fidèle qui agira selon mon cœur et selon mon âme, je lui établirai une maison fidèle qui jouira d'une constante prospérité; et il marchera toujours devant mon Christ.

36. Alors quiconque restera de votre maison, réduite à une extrême misère, viendra afin que l'on prie pour lui; et il offrira non pas des vœux et des taureaux, mais une pièce d'argent de la moindre valeur et un morceau de pain, comme les plus pauvres, en disant : Donnez-moi, je vous prie, une portion sacerdotale, afin que j'aie une bouchée de pain à manger.

canticum istud gratulatorium et propheticum, illi quam simillimum, quod cantatum est ab eximâ psaltriâ, et illustrissimâ prophetidè Mariâ, quam filius etiam Jesus, quem virginali gestabat utero, cantare fecit eucharisticum, et prophetale carmen.

VERS. 1.—EXULTAVIT COR MEUM IN DOMINO (1), EXALTATUM EST CORNU MEUM, IN DEO MEO. Exultatio non quodlibet est gaudium, sed quod à corde quasi ruptis præcordiorum septis foras erumpit, cum motu corporis, et quasi saltibus; id enim propriè significat *exultare*; ostenditur lætitiæ magnitudo, quæ dum ebullit et effervescent intus, corpus foris commovet, et in quosdam quasi saltus impellit; quales edidit Joannes in utero. Neque enim si internum esset gaudium, neque se foras incitatum efferret, cognoscere potuisset Elizabeth infantem nondum natum in uteri claustris exultasse. Talis fuit illa Davidis exultatio, quæ ex animo foras ad corpus exiit. De quâ Psal. 85: *Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum*. In Domino porrò hæc gestientis animi exultatio fuisse dicitur, quia beneficium hoc Anna à divinâ manu profectum agnoscit.

ET EXALTATUM EST CORNU MEUM IN DEO MEO. *Cornu* potentiam significat, pulchritudinem et gloriam, metaphora ab illis animalibus sumpta, quibus hæc omnia præstat præfixum fronti

(1) Quo loco legimus: *Exultavit cor meum in Domino*, habent Septuaginta: *Confirmatum est cor meum in Domino*, spem meam et robur in Domino constitui. Chaldaeus: *Valuit cor meum* (prævaluit, vel confirmavit sese) *in parte, quam dedit mihi Dominus.* (Calmet.)

cornu. Quare frequens est, *extolli*, et, *elevari cornu*, cum prosperam significamus fortunam, et arrogantis animi superbiam. Sic quidam apud Amos cap. 6: *Namquid non in fortitudine nostrâ assumptimus nobis cornua?* Et Psal. 17, *Deus protector noster dicitur, et cornu salutis nostræ*. Contra verò cum angustia est resalicujus, sedatus honor, fracta potentia; tunc abjectum esse dicitur, et fractum cornu. Sic Jerem. cap. 48, de Moab: *Abscissum est cornu Moab, et brachium ejus contritum est*. Ante conceptum et natum Samuelem, contrafactum erat Annæ cornu, quia sterilis putabatur et indigna ex qua proles susciperetur, in qua ipsius nomen imò et ipsa viveret: quare pudibunda tenebras amabat, et secessum, et tam domesticorum, quam externorum ludibrio jactabatur. Nato verò filio confirmatum est cornu, aut potius pullulavit, et sine rubore potuit feminarum obire conventus, et nullam à putulante atque maledicâ linguâ contumeliam timere. S. Hieronymus in traditionibus Hebr. Annæ cornu Samuelem esse dicit: quia ille matris robur fuit, qualis appellari potest primogenitus. Sic certè appellatus est Ruben à parente Jacob, Genes. 49, v. 5: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea*. Quod si ita statuas, exaltatum appellari potest cornu illud, cum à Deo, et ab ejus sacerdote puer admissus est, ut in templo degeret, et à maternâ domo atque ubere divulsus perpetuum Domino exhiberet obsequium. Plurimum enim exaltatur, qui à privatâ domo, domesticisque curis promovetur ad templum et sacra ministeria; et ab humanâ conditione ad angelicum, aut angelico proximum statum traducitur.

DILATATUM EST OS MEUM SUPER INIMICOS MEOS (1), QUIA LETATA SUM IN SALUTARI TEO. Miserorum est, non posse oris claustra laxare, neque mutire, cum maxime cupiant. Obstruit autem os pudor et metus, et nimium dura, atque ignominiosa servitus, quæ cogit homines laudare, quos maxime aut horreas, aut accusas; aut ridere, aut aridere dominis, cum acerbissimè crucieris, aut gravissimè doleas. Hactenus pudor Annæ linguam angustè constrinxerat, quia cum sterilitatis sæpè nomen in conviciis audiret, et verum agnosceret opprobrium, respondere non poterat, et oblatam à se contumeliam depellere. Nunc autem, quia jam se ingenuâ prole nobilitatam esse videt, et exolevisse antiquum sterilitatis nomen, jam

(1) Chaldaeus: *Aperi os meum, ad loquendum magnalia in auctores inimicitia mea.*

lata in eo qui verè salus est, et merentes animos consolatur, dilatat os suum; et quæ prius os aperire præ pudore non poterat, jam liberè non solum verba utemque fundit, sed etiam cum exultatione. Modulatur, inquam, quia numerosam instruit orationem, quæ si ab Annâ poetriâ non cantatur, ejus tamen modi est, ut ab aliis musicis numeris cantari possit. Quo modo poetæ cantare dicuntur illa carmina, quæ, ut ab aliis cantentur, necesse componunt. Scio observatum esse ab Abulensi, q. 52, hoc Annæ canticum voce submissâ ab Hebræis, et quasi à poeticis numeris solum, solum esse cantari, quia non sicut aliis canticis aliquid præfixum est, quod musicos indicet adhibitos esse numeros; quomodo post transmissum vestigio sicco mare Rubrum, Exod. 25, dicitur: *Tunc cecinit Moyses, et filii Israel carmen*. Et Judic. cap. 5: *Cecineruntque Debora et Barac*, etc. At Anna non cecinit dicitur, sed orasse. Hæc est Hebræorum sola, aut potissima ratio; quam verò hæc gravis sit, nemo non videt. Sanè alia sunt cantica non pauca, quæ ejusmodi vocibus notata non sunt, et tamen cantantur ab Hebræis; quale est canticum Moysis Deuter. cap. 32, et Isaiæ cap. 58, et cap. 12, et Habac. cap. 3, cujus titulus est: *Oratio Habacuc*. Et multi ex Psalmis Davidicis ejusmodi titulis notati non sunt, et tamen suos habent numeros musicos, et ritu solemnî atque legitimo cantantur; sicut etiam Jeremiæ Threni. Neque orationis nomen obstat: constat enim ex Psalmis non paucos orationes esse; et tamen illorum nullus à numeris excluditur musicis, aut à solemnî atque legitimo cantu.

SUPER INIMICOS MEOS. Cum inimici, id est, Phenenna et ejus filii, et alii qui miseris insultare solent, maledictis insectarentur Annam, ipsa tamen suæ ignominia conscia silere cogebatur. Ex quo tamen eo nomine laborare desit suscepto filio, exolvere potuit, et expedire linguam ante constrictam, et liberè à se contumeliam illam injustam jam, et alienam depellere. Vel certè supra inimicos potuit os dilatari, quia multò poterat magis suam commendare fortunam, quam Phenenna, et si quæ alie sterilitatem ipsi unquam exprobrarant, cum plures esset faciendus filius unus à Deo datus, et Deo consecratus et redditus, quam multi filii, quos Phenenna peperit, qui neque eo modo concessi sunt à Deo, et in domo paternâ sub parentum curâ et disciplina vivunt; non in templo, ubi neque ad res profanas, aut

ctudia domestica, sed ad religionem, et celestes curas insituantur infantes.

Fortasse allusum est ad tempus illud, de quo cap. 4, in quo Anna sic afflictabatur, aut sic verecundabatur, ut non auderet os aperire, aut illum proferre verbum, sed motu tantum laborum tacito et suum votum, et animi dolorem expromebat. Nunc igitur aii non esse jam amplius ore loquendum clauso, et oppresso spiritu, sed pleno et lato, hilari et effuso spiritu, et magna vocis contentione: non in secessu, et tenebris, sed in aperta luce, et populari conventu.

IN SALUTARI TEO (1). Hebraicè *bisathecha*. Quod interdum interpretes *salutem*, interdum *salutare* convertunt. Hoc autem convenire cum Deo potest, qui cum salutem præstet hominibus, salus sæpè hominum appellatur. Quasi dicat Anna: In te, ô Domine, letor et exulto, qui vera salus es: et si te adesse mihi cognovero, nil amplius requiro; non autem in hominibus, qui neque solidum possunt præstare gaudium, neque ad salutem veram quidquam opportunitum. Refertur item potest ad salutem à Domino concessam; id est, ad Samuelem datum à Deo, qui merentis animi medicina fuit, et levamentum. Et hæc posterior explicatio est Euthymii in expositione hujus cantici.

(1) QUIA LETATA SUM IN SALUTARI TEO. Hinc patet non esse verum gaudium in mundo, nisi in Deo et Christo. Audi S. Chrysost. hom. 5 de Annâ: « Non quoniam salvata sum, sed quoniam per te salvata sum, propterea letor et exulto. Tales sanctorum animæ de Deo qui dedit, magis quam de donis gaudent; et gratum, hoc est, servorum, omnibus suis suum præponere Dominum: cum peccaverimus, non doleamus, quia punimur, sed quoniam Dominum exacerbavimus, etsi quid boni fecerimus, non gaudeamus propter regna cælorum, sed quoniam rem cælorum regi gratam gessimus; mentem enim habent gehennâ quoque formidolosius est Deum offendere: et omni regno desiderabilius Deo placere. » Et paulo post: « Talis erat et hæc mulier, ad Deum in omnibus confugiens, et accepta gratiâ magis de Deo datore gaudebat. » Sic et David: *Cor meum, inquit, et caro mea exultaverunt in Deum vicium*. Psal. 85, vers. 3. Audi S. Bern. Epist. 115: « Illud, inquit, verum et solidum est gaudium, quod non de creaturâ, sed de creatore concipitur: et quod cum possideris, nemo tollit à te; qui comparata omnis aliunde jucunditas, meror est, omnis suavitas moror est, omne dulce, amarum, omne decorum fœdum, omne postremò quodcumque aliud delectare posset, molestum. » Addit Origenes de Eleanâ: « Quoties in Deo gaudeamus, toties diabolus flagellamus. »

(Corn. à Lap.)

Abulensis, Jansenii, quæm ita probò, ut prior mihi non displiceat. Vox autem Hebraica explicari commodè potest, in *salute tua*, quam videlicet præstare soles, et quam de tuâ clementiâ quis sperare potest. Hebræorum porrò more à tertiâ personâ, in quâ de Deo loquebatur, ad secundam traducitur sermo; quod in gravi aliquo affectu, quicumque ille sit, non rarò contingit. Cujus rei in principio Canticorum Salomonis accomodatam habemus exemplum; cum enim à tertiâ personâ sermonem aggrederetur sponsa, ad secundam erupit: *Osculetur me oculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino* (1).

VERS. 2. — NON EST SANCTUS, UT EST DOMI-

(1) S. Augustin, admirant l'excellence et l'élevation de ce cantique, s'écrie: « Oserions-nous imaginer que ces paroles si divines ne fussent autre chose que l'action de grâces d'une mère pour la naissance de son fils? Serait-il possible que nos cœurs fussent tellement fermés à la lumière de la vérité, que nous ne comprissions pas que tout ce qui pouvait regarder cette femme était infiniment au-dessous de la grandeur des choses que le Saint-Esprit lui a fait dire? » Reconnaissions donc la vérité dans la figure. Révérons dans cette femme l'Église, sainte épouse de Jésus-Christ, remplie de cette grâce que le nom d'ANNE nous marque, qui s'éloigne des superbes, et qui s'approche des humbles; qui abaisse ceux qui s'élèvent, et qui élève ceux qui s'abaissent, comme il est marqué admirablement dans tout ce Cantique. Agnoscamus

hic ipsam religionem christianam, ipsam Dei gratiam propheticè spiritus sic locutam, à quâ superbi alienantur ut cadant; quâ humiles impleantur ut surgant. C'est l'idée générale que nous devons avoir dans la lecture de ce Cantique, que l'Église a tellement estimée, qu'elle en a fait une partie de son Office, afin que ce que cette sainte femme a dit une fois, fût la voix de l'Épouse de Jésus-Christ dans tous les siècles. *Dicit ergo Ecclesia Christi gratiâ plena et facunda; dicit quod tanto ante de se prophetatum per os Inquis pæ matris agnoscit.*

Nous apprenons des premières paroles de ce Cantique la reconnaissance que nous devons avoir aussitôt que nous avons senti dans nous quelque effet des miséricordes de Dieu. Cette sainte femme est toute transportée de ce mouvement. Plus elle est humble, plus elle admire et plus elle ressent la grandeur de la grâce que Dieu lui a faite. *Mon cœur, dit-elle, a trempé dans la joie dans le Seigneur.* C'est le cœur qui parle; c'est sa joie, c'est-à-dire, c'est son amour qui le fait parler. Car la joie du cœur est dans ce qu'il aime. Ainsi cette disposition de l'âme fait voir qu'étant dégagée des liens du monde et d'elle-même, elle est devenue libre en ne trouvant plus sa joie qu'en Dieu. Et c'est cette liberté intérieure qui lui inspire le désir de le louer, et qui la met en état de le faire dignement. *Et liberatè mentis assereret; dicit saint Grégoire, sine quâ Deum dignè laudare non posset.*

NUS (1), NEQUE ENIM EST ALIUS EXTRA TE. Hic rursus cum in tertiâ personâ de Deo loqueretur, ad secundam erupit. Sanctus epitheton est Dei, ut pluribus docuimus in nostris Commentariis ad illud Baruch, cap. 4, v. 22: *Venit mihi gaudium à Sancto*. Quod iterum repetit v. 37: *In verbo Sancti gaudentes*. Quo etiam sensu dictum est Isaïæ cap. 5, v. 19: *Veniat consilium Sancti Israel*, id est, Dei Israel. Et v. 24: *Eloquium Sancti Israel blasphemaverunt*. Quare sensus est, meo judicio, germanus et facilis, non esse inter Deos ullum, sicut Dominus, quem colit Israel; quod sæpè clamat Scriptura sacra, ut Psal. 85, v. 8: *Non est similis tui in diis, Domine*. Et Psal. 94, v. 5: *Et Rex magnus super omnes deos*. Et Psal. 95, v. 4: *Terribilis super omnes deos*. Postea verò quasi seipsum corrigat Anna, quod deos alios nominasset, ait, extra Deum, à quo ipsa singulare illud beneficium accepisset, nullum esse Deum: id enim valet illud: *Neque enim est alius extra te*; videlicet qui sit Sanctus (2), id est, Deus, et talia præstare possit, qualia ipsa tunc recens esset experta. Et in hæc sententiam facit, quod statim additur:

ET NON EST FORTIS SICUT DEUS NOSTER. Fortis etiam epitheton est Dei; cui nomini illa ac-

C'est cette liberté sainte qui fait que l'âme appelle Dieu, son Dieu, à Deo meo; parce que n'ayant plus de joie qu'en lui, et ne voulant plus être élevée qu'en lui, elle se voit délivrée de la puissance du démon et de l'esclavage de ses passions. *Ma bouche s'est ouverte pour répondre à mes ennemis, parce que j'ai mis ma joie dans le salut que vous me donnez.* Mes ennemis triomphaient de moi lorsque je me taisais ma joie dans les divertissements du monde; maintenant que je la mets en Dieu seul, je suis au-dessus d'eux.

(1) NON EST SANCTUS, UT EST DOMINUS. Celebrat Anna, 1^o sanctitatem Dei, quia hæc est primum et nobilissimum attributum Dei, et quod ipse adoratione, omnique veneratione, obsequio, victimâ et cultu dignissimus est; 2^o quia Deus in Annâ partu suam sanctitatem declaravit: tum quia ejus innocentiam et probitatem contra Phœneciam inviam defendit, tum quia fidem ei omnium tacitè datam de prole per miraculum nasciturâ sanctitè præstavit; tum quia ei dedit Samuelem, quem facturus erat prophetam sanctissimum et sanctificatorem Israelis: quæ omnia à Dei sanctitate manarunt, eum radii à sole, ejusque fuerunt dona et beneficia. (Corn. à Lap.)

(2) NEQUE ENIM EST ALIUS EXTRA TE. Deus verus, per essentiali sanctus, ipsaque increata et immensa sanctitas, de qua in hymno S. August. *Tu solus sanctus*; Septuag. vertunt: *Non est justus sicut Dominus, ubi justus accipi potest sanctus, vel potius justus, quia justè meam innocentiam à calumniatibus defendit.* (Corn. à Lap.)

commodantur, quæ Deus mirabilia, et ardua, et contra communem naturam legem operatur; quale est, naturam sterilem reddidisse fecundam. Hæc verò speranda non esse ab his quos deos arbitratur delusa gentilitas, sæpè clamant prophete (vide pro omnibus caput 6 Baruch) in quibus neque est fortitudo; imò neque sensus. Ubi Vulgatus, fortis, Hebraicè est *sur*: quæ vox *petram* significat, saxum, rupem, quæ miseris perugium præbent; quæ vox Dei fortitudinem, et illius in opportunitatibus auxilium perbellè significat. Ut enim scopulus in medio maris à fluctibus affliditur, et à ventis undequaque concutitur, neque tamen convellitur, aut nutat, præbetque naufragantibus commune perugium: sic etiam Deus multò magis tutus est ab omni tempestatè injuriâ; neque ullum, qui ad illum verè appellere volerit, à sua clementiâ et protectione repellit. Sed fortissè metaphora sumitur à situ, atque naturâ terræ Promissionis, quæ montosa est et contragosa, in quâ in præaltis rupibus speluncæ sunt, ad quas in rerum angustis, urgente hoste, confugerè solent Israelitæ: de quibus nos pluribus ad illud Isaïæ cap. 2, v. 10: *Ingrederè in petram, et abscondere in fossâ humo*. Sic Deus sæpè vocatur *petra*, nempe perugium. Psal. 17, v. 2, ubi Vulgatus, *adjutor meus*, Hebraicè, *petra mea*. Et Deut. 32, v. 45, ubi Vulgatus, *Deo salutari tuo*, Hebr. *petra salutis suæ*. Plura alia occurrunt his quàm similima. Quare sensus erit: à nullo prorsus hominum majus quàm à Deo, afflictio spiritui perugium; aut levamentum proponitur.

VERS. 5. — NOLITE MULTIPLICARE LOQUI SUBLIMIA (1), GLORIANTE; RECEDANT VETERA DE ORE

(1) Chaldeus: *Non exhibent blasphemie de ore vestro*. Septuaginta: *Non procedat magniloquentia de ore vestro*. Hebr. reddunt quidam: *Ne egrediatûr durum, vel dura egrediantur de ore vestro, ulterius non reditura.*

(Calmet.)

Pro, sublimia, Hebr. est, *gehoka*, *gehoka*; Chald., *magna magna*; Regia, *altum altum*, *Cajet.*, *cestitudinem cestitudinem*, hoc est, valde alta, celsa, magna et sublimia, quæ vestras vires transcendunt. Unde alii vertunt: *Nolite loqui excelsè eminentiâ*. Theod.: *Ne loquamini sublimia ad factum*. Orig. lib. 1 in Job: *Nolite loqui superba in superbiâ*. (Corn. à Lap.)

Cæterè à l'avenir de vous glorifier avec des paroles insolentes. Cette sainte âme voit avec douleur l'égarèment et l'aveuglement de ceux qui la haïssent et qui la courraient d'approcher. Phœnecia lui insultait pendant sa stérilité, et elle se glorifiait de ce que Dieu l'avait rendue féconde. Mais, après qu'Anne a souffert

vestro (1). Ex eo rerum eventum, quem nuper audivimus, quemque in seipsa Anna fuerat experta, tandem didicit neque desperandum esse in summo etiam rerum discrimine, aut ubi omnia vobis videntur esse contraria; neque contrahendum animum in dolore, cum facile sit Deo subito honestare pauperem, et ad meliorem traducere fortunam: neque contra, nimis quemquam in sua sibi fortuna, cum maxime arripserit, debere gratulari, cum Deus et possit et solet res ita humanas versare, atque convertere, ut qui modò apparet fortunatus et potens, repente cadat; et qui vitam agebat angustam et ægram, ad statum evehatur insperatum et lætum. Quod multis exemplis confirmat. Monet igitur primum illos qui cum felices sibi viderentur, magna de se ac sub-

humblément ses reproches, elle lui dit maintenant avec une saine hardiesse: Ne vous glorifiez plus si insolément. Elle ne parle pas seulement à la synagogue superbe qui nous est représentée par Phenenna; elle abaisse en général tout ce qu'il y a de grand dans le monde, et elle adresse sa parole à tous ceux qui ont quelque chose dont leur orgueil se repaît. Vous vous élevez, leur dit-elle, des dons que Dieu ne vous avait faits que pour sa propre gloire, et en vous les attribuant à vous-mêmes, vous méprisez les autres qui ne les ont pas. Mais cessez enfin de vous glorifier de la sorte. Ces dons que Dieu vous a faits et dont vous avez abusé, seront votre confusion, et ces personnes que vous méprisez, recevront des grâces de Dieu auxquelles elles seront plus fidèles que vous ne l'avez été. (Sacy.)

(1) RECEDANT (Hebr. exant) VETERA DE ORA

vestro. Scilicet veteres superbi sermones jam dicti, quibus consueveratis gloriari, mihi que sterili insulare. Chald. pro, vetera, vertit, blasphemias; Septuag. magniloquium; alii, verbum durum, vel superbum. (Corn. à Lap.)

.... Que votre ancien langage ne sorte plus de votre bouche, parce que le Seigneur est le Dieu de toute science, et qu'il pénétre le fond des pensées. Ces paroles s'adressent proprement aux Juifs. Ne parlez plus insolément comme vous avez fait autrefois, en vous glorifiant d'être le peuple de Dieu, et d'être les seuls à qui il ait découvert la connaissance de la vérité et de ses mystères; car Dieu est le maître comme il est la source de toute science, et il en doit être l'unique fin. Il voit à nu nos plus secrètes pensées, et si nous en formons une seule qui soit bonne et qui lui soit agréable, elle est l'ouvrage, non de notre esprit, mais de la lumière et de l'impression de sa grâce.

Saint Grégoire donne à ces paroles un sens plus moral: Si vous avez été revêtu de l'homme nouveau, dit ce saint, que le règlement de vos paroles rende témoignage au règlement de votre cœur. Que votre langage soit aussi chrétien que votre foi, et dites toujours avec saint Paul: Nous parlons comme étant animés de Dieu, en la présence de Dieu, dans l'esprit de Jésus-Christ. (Sacy.)

perba jactabant (Phenenna putat, et qui cum eâ in sterili Anna familiare convicium conspirasse videbantur), ut minus de se superbi cogitent, et antiqua verba aliquid inflatù resonantia procul abiciant, et novam meditentur cantilenam. Hic observandus novus loquendi modus, qui in Scripturâ sacrâ infrequens non est, ubi verbum pro adverbio sumitur, aut certè per adverbium explicandum est; ut, *magnificavit facere*, pro *magnifice fecit*; non *revertetur oculus meus videre*, pro *non iterum videbit*; *adjecit loqui*, pro *amplius locutus est*. Sic nunc *multiplicare loqui*, idem est atque, iterum, amplius, aut sæpius loqui. Quare jubet ut ab insolenti spiritu, inflatisque verbis in posterum absteineant.

QUIA DEUS SCIENTIARUM DOMINUS EST (1), ET IPSI PREPARANTUR COGITATIONES (2). Gravis hæc est consideratio, ut spiritus hominum insolentes Deus deprimat, eujus cogitationes atque consilia scrutari nemo debet, neque, si velit, assuetetur. Ipse novit omnia, et quem nunc humana cogitatio fortunatum vocat, quia externam atque præsentem rerum speciem admirantur, illum Dominum, qui futura non aliter atque præsentia conspicit, miserum vocat, quia statuit illum, è sublimi loco et magno nomine ad duram et sordidam conditionem

(1) Mystice S. Bern. serm. 43 in Cant.: « Origò, ait, fontium et fluminum omnium, mare est, virtutum et scientiarum Dominus; Jesus Christus. Quis enim Dominus virtutum, nisi ipse est rex gloriæ? sed et juxta Anna canticum, idem ipse Deus scientiarum Dominus est. Continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo ex illo fonte manant, non solum autem, sed et si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placeat, inde est; inde scientia, inde sapientia sermo; thesauri siquidem sapientie et scientie ibi omnes absconditi sunt. » (Corn. à Lap.)

(2) Hebræus ad litteram: *Deus scientiarum Dominus, et actiones, vel cogitationes non firmantur*. Negationem pariter hic legit Symmachus: *Non sunt apud eum causationes; non is est Dominus, cui quidquam vanis simulatum prætextibus fucum factat*. Maluerim ego tamen ad interrogationem textum convertens, cum interpretatione Vulgatæ conciliare: *Deus scientiarum Dominus est; et cogitationes, vel actiones nonne in illo fundantur?* Que molitur, nonne opere complebit? Consilia ejus an non executioni mandabuntur? Septuaginta: *Deus scientiarum Dominus est, et disponens cogitationes suas*. In eundem sensum dictum accipit Chaldaeus: *Deus fecit omnia iudicio suo, sapientissimè, Syriacus et Arabs: Nec prosunt artes coram eo. Intima cordis scrutatur Deus, nec ullo artificio deluditur; non fallitur vanâ rerum specie.* (Calmet.)

abjicere. Felicem se putabat Nabuchodonosor, cum sibi arroganti cogitatione blanditus dicebat, Danielis cap. 4, v. 27: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego edificavi in domum regni, in robore fortitudinis mee, et in gloria decoris mei?* Sed eo ipso articulo cogitabat Deus spoliare illum Babylone et regno, et ad nuditatem, et belluinam pabulum, et ferinam propè naturam, certè ad belluinam cogitationem abjicere. Fortunatum se prædicabat Sennacherib, et ipsi quoque Deo non inæqualem, cum debellasset Ægyptum, et subactam jam arbitraretur Hierosolyman; quo tempore jam erat de cælo missus angelus, qui Assyrias acies magnâ clade conficeret, et regem in fugam verteret ignominiosam, ac tandem filiorum gladiis confodiendum traderet. Sic etiam cum homines miserum putant illum, quem cum adversâ fortunâ conflictari vident, eundem Deus fortunatum videt, quia statuit ex squalore et sordibus, ad splendendum locum et sublimem conditionem attollere. Ex lacu et carcere Joseph ad nomen evehit regio proximum, et à patibulo, quod jam erat ab hoste potentissimo præparatum, ad maximum honorem Mardocheum evehit. Sic etiam cogitabant homines infelicem Annam, et à Domino maledictam, cum nullam ex illâ viderent natam esse prolem; sed cum maxime eo nomine vexaretur ab aliis, videbat illam Deus actum copiosâ sobole, et eo nobilitatam filio, qui summam teneret imperii Israelitici, et nomen suum posterioribus seculis redderet admirabile. Quare in omni fortunâ considerandum est, non quid præsens ferat status, aut quod sit hominum de nostro statu, ac conditione iudicium, sed quid Deus de nobis aut videat, aut cogitet.

ET IPSI PREPARANTUR COGITATIONES (1). Si co-

(1) Possunt hic cogitationes non tantum hominum accipi, sed et ipsius Dei, uti vertunt Septuag. *Deus, inquit, preparans adventiones suas, et Chald. Dominus, inquit, super omne factum suum extendens iudicium, quasi dicit: Dei est perficere non tantum ea que nos cogitamus et cupimus, sed etiam que ipse de nobis cogitat et cupit; sæpè enim ipse alia cogitat et vult, quam nos cogitemus et velimus, tumque facit ea que ipse cogitat et vult, non que nos; sicut hic cogitavit fecundare et exaltare Annam, non Phenennam. Unde Chald. vertit: *Ipse vobis retribuet culpam vestrarum ultionem.* Theod.: *Deus preparans exercitationes suas, id est, complens sua consilia.* Symmachus: *Non sunt apud Deum prætextus et excusationes.* Vatabl.: *Conatus ejus perficiuntur.* Pagn.: *Ipsi directa sunt opera, id est, finem ad quem ab eo diriguntur attingant.* Deus enim suas*

gitationes istæ Dei sint, sicut modò scientiam dicebamus esse Dei, sensus est non difficilis; nempe scire Deum omnia, et juxta hæc plenam rerum cognitionem cogitare ac statuere, quid factum velit, neque ipsi fore difficile cogitata complere, quia illi cogitationes suæ preparatæ sunt, id est, ita dispositæ, quomodò cæmentario materia supponitur ab altero subacta: quare illi difficile non est illam ad descriptam antea fabricam adhibere. Porrò cogitationes pro rebus cogitatis usurpari non est in Scripturâ infrequens, quæ sæpè actionem pro actionis sive subjecto, sive termino capit. Si tamen cogitationes hominum sint, alia ratio est: de quâ etiam aliquid dicendum.

Hæc explicatio mihi dura non est, neque parum ad mores opportuna. Sed si scientiarum, et cogitationum nempe hominum, scrutator dicatur esse Deus, eujus oculos occultissima quæque latere non possunt, quia nusquam abest; hæc erit hujus loci accommodata sententia: Videant homines quid faciant aut cogitent, quia omnia Deus expendit et numerat, qui spirituum ponderator est: neque quidquam relinquat impunitum, si malum, aut non meritorum, si bonum fuerit. Et idè exemplis docet, quomodò alii, atque alii aliter, atque aliter pro meritorum ratione, atque mensurâ, aut eleventur, si bene, aut deprimantur, si malè quiddam moliantur. Preparatæ verò cogitationes tunc dicuntur, cum divinis oculis expositæ sunt; neque magis occultæ, quam quæ regis oculis preparata sunt, ut illa contempletur, et illorum aspectu aut pascat oculos, aut oblectet animum. Qualis est imago vivis expressa coloribus, aut ludi theatrales; aut denique quæ ejusmodi sunt, ut quæcumque te locorum convertas, nunquam non occurrant. Placet tamen magis explicatio prior, quia cum illâ, quæ deinde sequuntur, magis aptè consentiunt.

cogitationes et voluntates mensurat suâ omnipotentia, quæ tanta est quanta ejus voluntas et intellectus: quare omnia quæ cogitat et vult, perficere potest, et reipsa perficit cum nos multa velimus quæ perficere nequimus.

Tropolog. Rupert.: « Scientiarum, inquit, Dominus cogitationes preparatur pro magister. Si vis ab illo promoveri vel imperare scientiæ donum, non multæ oblationes arietum et taurorum, sed sanctæ cogitationes et ejus rei preparatorie sunt. » Hinc videt quid cogites. Deus enim non solum actiones et sermones, sed et intimas cogitationes et intentiones pervidet, easque in die iudicii toti mundo revelabit et iudicabit. (Corn. à Lap.)

VERS. 4. — **ARCUS FORTIUM SUPERATUS EST (1), ET INFIRMI ACCINCTI SUNT ROBORE.** Varios nunc nostra psalteria persequitur status, atque ordines, in quibus Deus deprimere, aut infirmare solet insolentes et fortes, et attollere atque corroborare qui jacebant in pulvere; et qui vires aut habuerunt eximias, aut eximias esse predicabant. Nunc incipit ab illis qui in re militari aut censebantur invicti, aut contemnebantur ut inermes et languidi. Sed priusquam singularum partium, atque ordinum explicationem aggredior, observo tam apud sacros quam apud profanos scriptores usitatum esse, ut participium præteriti temporis pro nominibus in *biblis* usurpetur, id est, ut factum dicatur, quod ut fiat, facultatem habet; quod physici dicunt *secundum actum adhiberi pro primo*. Quomodo *inaccessus* dicitur locus pro *inaccessibili*; *invictus* animus, pro *invincibili*; *incorruptus* judex, pro eo qui largitionibus neque solet, neque potest corrumpi. Et apud Sacros illeud Isaïæ 54, v. 15 : *Universos filios tuos*

(1) *L'arc des forts a été brisé.* Ce qui est remarquable dans ce cantique, est que ce n'est pas seulement une hymne de joie, mais encore une prophétie de l'avenir; la mère semble déjà avoir part à la future grâce de son fils, et après avoir donné un prophète au monde, elle prophétise elle-même.

Ces paroles sont assez claires en les entendant des Juifs, figurés par Phénenna, et des gentils dont l'Eglise a été composée, figurés par Anne. Les Juifs se croyaient forts, dit saint Augustin, parce qu'ils étaient superbes. Ils s'imaginaient qu'ils accompliraient la loi de Dieu par leurs propres forces. Et c'est ce sentiment si présomptueux qui les a rendus encore plus faibles. Les gentils au contraire ont été persuadés de leur indignité et de leur impuissance, et Dieu est devenu leur gloire et leur force.

Ils ont été représentés dans l'Evangile par la Chananéenne, qui souffre avec une douceur persévérante les rebuts de Jésus-Christ, et qui laissant aux Juifs l'avantage d'avoir Dieu pour père, se met au rang de ces animaux qui se contentent de manger des miettes qui tombent sous la table des enfants.

Ces vérités prophétiques enferment des instructions très-importantes. Elles font voir clairement qu'il ne faut s'appuyer ni sur ses propres forces, ni sur ses richesses intérieures, et que c'est Dieu seul qui on doit prendre pour son appui, puisqu'en un moment il rend forts, quand il lui plaît, ceux qui n'étaient que faibles, et qu'il comble de biens ceux qui étaient dans la dernière indigence. Il ne demande autre chose de ces faibles, sinon qu'ils reconnaissent leur faiblesse, et de ces indigents, sinon qu'ils sentent leur pauvreté, puis que c'est dans cette reconnaissance et dans cet aveu que consiste toute leur force, et que cette faim qui les presse est déjà un grand don de Dieu.

(Sacy.)

doctos à Domino. Jesus apud Lucam 6, v. 45, per *docibiles* exposuit. *Scriptum est in Prophetis : Et erant omnes docibiles Dei.* Juxta hæc, ego sic quæ reliqua sunt capituli, interprelor, ut quæ per præteritum tempus enuntiantur, per habitudinem, aut facultatem ad futurum opus explicanda sint. Quasi rerum natura ita sit Creatori subjecta, ut attolli possit ac deprimi, et varias subire rerum vicissitudines. Nunc igitur his utrumque libatis, ad litteram accedo.

ARCUS FORTIUM SUPERATUS EST, ET INFIRMI ACCINCTI SUNT ROBORE. Exemplum adhibet primum in re bellicæ, in qua magnus repente fieri videmus rerum conversiones; cum ille qui et viribus pollebat, et omni ad victoriam apparatu erat instructus, ab imbelli atque inermi manu superatus ignominiosè cadat. Unus Goliath potens viribus et munitis armis exemplo esse potest, qui ab inermi adolescentulo, et qui tunc primum aggressus est, aut fortasse vidit inimicæ acies, superatus est. Tunc verè dici potuit contractus arcus, et audatus vir bellator ab armis; et qui etate, et bellandi imperitia videri poterat infirmus, accinctus armis, et confirmatus robore, ut cum illa gigantæ mole congressus, superior evaderet.

VERS. 5. — **HEPLETI PRIUS PRO PANIBUS SE LO-**

(2) Hebræus ad litteram : *Famelici desiderant; quin et sterili peperit septem.* Numerus septem ponitur sæpe pro numero indefinito, ut *septies* (sæpius) cadet justus. Septuaginta reddunt : *Esurientes transferunt in terram alienigenam; sive, juxta interpretem Originem : Deducit suam in captivitatem, et quia sterili peperit septem filios.* (Caban.)

Ceux qui étaient auparavant comblés de biens se sont levés pour avoir du pain; et ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés. Les Juifs étant dechus de la qualité d'enfants de Dieu, après avoir trempé leurs mains dans le sang de ce même Messie qui leur avait été annoncé par tous les Prophètes, et qui était la fin principale de leur Religion, sont devenus semblables à ces personnes qui mènent une vie basse et misérable en se tenant à ceux qui veulent les employer, et qui ne subsistent que par leur travail. C'est l'état où nous voyons les Juifs encore aujourd'hui, étant dispersés dans toutes les provinces du monde, méprisés partout, et hais partout. Les gentils au contraire, étant persuadés qu'ils avaient languis longtemps dans un abîme de ténèbres et de misère, n'ont espéré qu'en la seule miséricorde de Dieu, et cette confiance si humble les a sauvés, et les a comblés des richesses de la grâce.

Saint Grégoire fait un excellent discours sur ces paroles : *Ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés, pour montrer qu'il faut que l'âme s'éloigne de l'amour du péché, du monde et d'elle-même, et qu'elle se purifie de ses*

CAVERUNT, ET FAMELICI SATURATI SUNT. Hæc eadem dixit in suo cantico B. Virgo Lucae cap. 4 : *Esurientes implevit bonis, etc.* Postquam in priori antithesi de robore, instructiveque nullitati dictum est; nunc ad opes, et facultates progreditur; quæ delicias alunt, et ad domesticos usus sumptus suppeditant. Qui ergo repleti prius erant opibus, et perinde etiam repleti panibus, qui deesse non solent illis, quos circumdat, et fovet rerum abundantia, eò adacti sunt necessitatibus, ut pro modico pane, qui famem magis exacuat, quam expleat aut obtundat, mercenariam operam locent alienis. Quod fecerunt Judæi, quorum ante fuerat datus à frumento felix, cum ab hoste Chaldaeo superati, ex suis sedibus ad alienas extorres abierunt. Thren. 5 : *Egypto dedimus manus, et Assyriis, ut saturarem panibus.* Quam verò qui prius famè laborabant, et extremâ penè conficiebantur inediâ, subito saturati fuerint, probat illa angusta et longa Samaritanorum obsidio, quæ eò adegit necessitatibus obsessos, ut venundarentur capti avari octoginta argenteis et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis, lib. 2 Reg. cap. 6, v. 25. Sequenti verò die tanta alimentorum consecuta est vititas, ut uno stateræ modis veniret simila, et duo modii hordei stateræ uno in portu Samaria.

DONEC STERILIS PEPERIT PLURIMOS, ET QUÆ MULTOS HABEBAT FILIOS, INFIRMATA EST (1). Accē-

fantes de chaque jour par les larmes de la pénitence, pour obtenir de Dieu une faim spirituelle de la justice, qui la rende digne de se nourrir du pain du ciel, à la table de Jésus-Christ. Mais nous n'avons pas cru nous devoir étendre sur ce sens, comme étant moins attaché à celui de la lettre et à la suite de ce cantique.

(Sacy.)

(1) Alleg. Phénenna significat Synagogam Judæorum, quæ jam parere Deo filios desinit, Anna Ecclesiam Christianorum, quæ plurimos ex omnibus gentibus filios Deo gignit. Unde Chald. verit : *Sterilis implebitur prole, scilicet plurimâ.* Ita Origen. Theod. Procop. et S. Aug. 17 Civit. c. 4.

Symbolicè ebalista : Anna, inquit, peperit septem, quia Samuel et *722 scaba*, id est, septem, suis characteribus eundem exprimiunt numerum, scilicet 577. Sublimius Philo lib. quod *Deus sit immutabilis* : *Septenarius*, ait, est perfectissimè quietis et sabbati symbolum, unde significat animum in Deo recumbentem et quiescentem, qualis erat Samuel : *ordinem adscitus nemini præterea serviens, ab uno et ente honestatur; quia status est et septenarii animæ in Deo requiescentis, et nullis mortalibus occupatæ negotiis.*

Tropol. Eucherius : *Vir sanctus, ait, quælis erat Samuel est instar multorum, quia*

dit propius Anna ad suum tempus et causam; et aliam adhibet antithesim, quæ docet à Deo modo propitio, modo infenso cumulari ingenuâ atque copiosâ sobole, quæ paulo ante infœcunda fuerat, et illam quæ filius ante plurimam abundabat, ab illo pretiosâ ac dulci, sive dignitatibus ornamento, sive blandimento naturæ repente nudari. Tradunt hic Hebræi, ut refert Hieronymus in Traditionibus hebraicis super lib. 1 Regum, cum primum natus est Samuel, Phénennæ interrisse primogenitum, et alios deinde omnes; quod ex eo sumptis historia Scholastica, et addit aliâ huic Hebræorum cogitationi consentanea, quæ merito rejicit Hieronymus. Ego juxta prædicta hanc opinor esse sententiam sine ulla ad Phénennam comparatione, aut ad aliquam aliam personam, sive abundantem filijs ante

pluris est apud Deum, pluraque ab eo impetrat quam multi ceterorum, juxta illud Eccles. 16, 3 : *Melior est unus timens Deum, quam mille filii impii.*

Orig. Hom. de Eleanâ : *Sterilis, ait, erat in me anima mea, non afferebat fructus justitiæ; nunc autem ubi per fidem Christi meruit gratiam Spiritus S., et implevit eam spiritus minoris Domini, certum est quod sterili peperit septem.* Et nonnullis interjectis : *Fœcunda, ait, in præcipio erat caro mea habens plurimos carnis fructus; fornicationem, immunditiam, impudicitiam, idololatriam, etc.* Hæc erat carnis nostra numerosa progenies; sed cum venimus ad fidem Christi, et mortificationem Jesu cæpius circumferre in corpore nostro, et mortificare membra nostra quæ sunt super terram, et exhibere ea servitio justitiæ et sobrietatis, tunc fecunditas probrosæ hujus generationis excelsa est, et hoc modo fecundata in filiis infirmata est.

Denique : *Sterilis, ait S. Franciscus, est pauperulus, humilis sanctusque religiosus; qui generandi in Ecclesia filios non habet officium. Hic pariet in judicio multos, quæ quos nunc privatis orationibus et bonæ vitæ exemplo convertit ad Christum, illius gloria tunc iudex ascribet. Quæ multos habet filios infirmat, quia prædicator vanus est et loquax, qui multis hinc quasi sua virtute genitum gaudet, cognoscit tunc se nihil proprii habere in eis.*

(Corn. à Lap.)

Celle qui était stérile est devenue mère de beaucoup d'enfants. L'Eglise qui parut si longtemps stérile, comme Anne, qui en a été l'image, est devenue enfin mère d'un nombre innumérable d'enfants, et la Synagogue, au contraire, qui avait tant d'enfants, et que Dieu avait protégée si long-temps par tant de miracles, est tombée dans la langueur et dans le mépris. Ce que le Saint-Esprit prophétise si clairement par ces paroles, est ce que la sainte Vierge a publié depuis dans son cantique, lorsqu'elle dit : *Le Seigneur a rempli de biens ceux qui étaient pressés de la faim, et il a renvoyé vides ceux qui étaient dans l'abondance.*

(Sacy.)

negatis, sive orbatam ab illis, quos prius felici atque copioso partu susceperat.

Ubi *Vulgatus donec*, Hebraicè *ghad*. Quæ vox interdum idem valet, quod *adhuc*, Jon. 4, v. 2, Job. 4, v. 18. In qua ego significatione præcipue capio, et observo *adhuc*, cum post aliarum rerum enumerationem adhibetur, habere quamdam epitasim, et significare aliquid ad superiora additum incrementum, ut Luc. 14, v. 26: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus*. Id est, etiam si quod durius ac difficilius est. Sic etiam dicimus: Non solum si semel, aut iterum, sed adhuc si sapius cecideris, excitabit te Deus. Sic Christus ad discipulos, Matth. 13, v. 6: *Adhuc vos sine intellectu estis?* Id est, si ante cum nondum essetis meis præceptis informati, hæc non caperetis, non esset mirandum; nunc autem postquam doctrina mea tamdiu assuevistis, id planè mirum. Et Luca cap. 1, v. 15: *Spiritu sancto replebitur* (Joannes) *adhuc ex utero matris sue*. Id est, non solum Deus Joannem tunc Spiritu replebit sancto, cum adultus fuerit ætate, et multa prope, ac veritate pertulerit; sed etiam quod magis est, plurisque faciendum, cum adhuc illum ego dicendum arbitrar hoc loco, quem sic exponebam: « Omnia Deo explorata sunt; omnia illius potentia, ac voluntati subjecta. Ille fortes debilitat ac frangit, confirmat et roborat infirmos; esurientes satiat, et eos, qui panibus abundabant, conficit inedia. Quid plura? Etiam quod difficilius videtur factu, sterilem cumulat numerosa sobole, et vulvam exhaurit ante fecundam, et matrem affluentem filius orbam relinquit. »

Alii illud *ghad* aliter reddunt. Septuaginta, quia; Chaldaeus, etiam; Vatablus, *adèc* ut. Porro *donec* aliquid etiam designat incrementum, et illud connotat aliquando, quod in aliquo genere summum et extremum est. 1 Reg. 50, v. 4: *Planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ*. Et Reg. 2 cap. 23, v. 10, de Eleazaro: *Percussit Philistæos, donec deficeret manus ejus*, et 5 Reg. c. 18, v. 28, de sacerdotibus Baal: *Incidabant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine*. Sapient. cap. 10, 13, de Joseph: *Non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni*. Hæc in quolibet genere penè extrema videntur.

Ubi *Vulgatus, peperit plurimos*, Hebraicè, *peperit septem*. Hic de septenario filiorum nu-

mero multa suo more fabulantur Hebræi. Vide Hieronymum in Traditionibus Hebraicis, et Abulensem in hunc locum; ubi cum unum filium in hoc temporis articulo pepererit Anna, septem tamen filios enixa dicitur, quot neque toto vite tempore suscepit. Ego, qui hæc de Annâ, aut de singulari aliquâ personâ non accipio, de hoc filiorum numero non laboro; sed tantum dico, hoc Deum et posse et consuevisse facere, ut steriles plurimis nobilitet filii; et fecundis aut sterilitatem inducat, ne novis angeantur fortibus, aut quos ante susceperat, extinctis, orbis relinquat, ita ut quos plerent, habeant, non in quibus seipsas ament et oblectent.

Ubi *Vulgatus, infirmata est*, Hebraicè est, *unlalah*. Quæ vox debite aliquid, et *marcidum* significat, quodque fructum ex se nullum proferre possit. Qualis erat ficus illa, de qua Joel cap. 1, v. 12: *Ficus elanguit*; ubi cadem vox est *unlalah*. Quam arborum maciem, seu languorem per senium Latini significare solent, qui dicunt, *consemisse arbores*. Sic ergo quam nunc infirmatam dicit Propheta, existimare possumus eò fuisse redactam, ut vim omnem fecunditatis amiserit. Quale vitium habet illa, cui præ senectute desiderant fieri mulcibria; ut accidit Sara, cui vis omnis, aut materia genitalis ablata est: aut cum talia patiuntur femine, qualia viri, quos aut natura minus æqua, aut hominum ars et industria fecit enuchos. Sanè id accidisse feminis hominum injuriâ docet Athenæus, lib. 12, cap. 4, ubi refert ex Xantho à rege Lydorum Andramyte enuchas factas esse feminas. Hoc verò est, quod aliquando in Scripturâ sacra videmus, alicui à Deo conclusam esse vulvam. Potest etiam aliqua, cum filiis orbat, infirmata dici, quia filii matris appellantur prassidium et robur, quia ultra se pro matris salute periculis opponant, illius ulciscuntur injurias; neque quisquam feminarum vel famæ, vel pudori audeat illudere, quas videt præsens à vivis habere subsidium.

VERS. 6. — DOMINUS MORTIFICAT ET VIVIFICAT, DEDUCIT AD INFEROS ET REDDIT (1). Licet hoc

(1) Alleg. Deus mortificat Synagogam Judæorum, vivificat Ecclesiam Christianorum, ait S. Greg., Beda, Angelomus.

Tropol. S. Aug. lib. 17 Civit. c. 4: Dominus cum in nobis carnales affectus mortificat, spirituales spirituumque vivificat; mortificatio enim carnis est vivificatio spiritus, ut docet S. Paulus. Unde Orig.: « Deus, ait, occidit Paulum persecutorem eumque vivificavit ut fieret Apostolus Christi. » Audi S. Gregorium hic: « Deum, inquit, ad inferos

Deo negari non possit, si propriè sumatur, et non oratione figuratâ; quia sæpè ad vivos redierunt, qui jam iner vivos esse desiderunt: tamen credo hæc à nobis accipienda latius, et sumi pro eo statu qui cum sit planè miserabilis, dignus existimatur, qui commutari cum

ducere, est peccatorum corda æternorum cruciatum consideratione terrere; reducere est terribis penitentium mentes spe vitæ indeficientis attollere. Tunc quippe peccare desinimus cum futura reformidamus. » (Corn. à Lap.)

C'est le Seigneur qui ôte et qui donne la vie, qui conduit aux enfers, et qui en retire. Nous apprenons ici de Dieu même ce qu'il doit faire pour guérir notre âme. Il dévrait premiers ment nous toutes ces affections qui nous sont mortelles, l'amour de nous-mêmes, l'attaché à nos sens, à notre esprit propre, à notre volonté propre, et il tue ainsi en nous ce que saint Paul appelle le vieil homme et le corps du péché, et il nous donne en même temps la vie de la foi, de l'humanité et de la charité, en nous faisant vivre de la vie de l'homme renouvé en Dieu, et animé par sa grâce et par son esprit.

Ainsi la vie suppose la mort, et Dieu ne ressuscite l'âme qu'après qu'il l'a fait mourir à elle-même par l'épée salutaire de la parole, qui ne flatte point, qui perce jusqu'au fond des entrailles, comme dit saint Paul, mais qui ne blesse que pour guérir. Mourons présentement, disait saint Paul, de peur que nous ne mourions pour jamais. Notre vie dans le monde était une mort. Mourons maintenant de cette mort heurteuse et spirituelle qui donne la vie. *Mortuarum ne mortuarum; letalem vitam etiam morte tegamus.* C'est ainsi que Dieu conduit aux enfers, et qu'il en retire. Il conduit dans l'enfer par la frayeur qu'il donne à l'âme de ces feux et de ces supplices qu'elle a si justement mérités; et il l'en retire par l'humble confiance qu'il lui donne en sa miséricorde infinie, et aux mérites du sang de son Fils.

Les pasteurs des âmes doivent imiter en Dieu ces deux qualités, et ne pas craindre de passer pour trop sévères dans l'esprit des hommes lorsqu'ils les troublent et qu'ils les épouvantent eux-mêmes, et s'ils ont reconnu en eux les heureux effets de cette frayeur, ils diront comme saint Augustin: *Territus terreo*. J'étonne les autres étant étonné moi-même, et je donne ce que je reçois.

Mais il serait fâcheux qu'ils en demeurassent là. Après avoir étonné les âmes, ils doivent les rassurer, et imiter Dieu, qui les console après les avoir épouvantés.

C'est pourquoi les plus grands Saints, comme en nos jours sainte Thérèse, ont dit que Dieu leur avait fait presque jamais aucune faveur extraordinaire qu'après les avoir humiliés, et ils ont regardé ces abaissements comme le gage d'une grâce nouvelle que Dieu leur voulait faire, selon cette parole du Sage: Dieu humilie le cœur ayant d'y verser les dons de sa grâce: *Antequam glorificetur cor hominis humiliatur*. Prov. 18. (Sacy.)

morte possit. Neque novum est, ut vivere nō getur ille, qui cum malâ atque difficili fortunâ conflictatur. Sic sanè Seneca:

Mortis habet vices,

Lentis cum trahitur vita gemitibus.

Et Martialis lib. 6, epigr. 69, ex communi opinor, hominum sensu, et loquendi modo, non putat dies illos esse vitales, aut numerosos in vitâ, qui in angustiis, et corporis aut animi vexationibus aguntur:

Et quantum tetricæ tulere febres,

Aut languor gravis, aut mali dolores,

A vitâ meliiori separentur,

Non est vivere, sed valere vitâ.

Plurima in hæc sententiam dicuntur à profanis; neque minus apud sacros frequens hic loquendi modus. Psal. 37, inimicos suos, quibus omnia ad votum abundè succedunt, ut felices considerat, in vivis numerat; se autem, quem assidua vexant incommoda, prorsus in mortuis. Ego, inquit, *in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper. Inimici autem mei vivunt*. Ac si dicat, *ego morior, illi vivunt*. Et Paulus 1 ad Thessal. 5, dùm vivere se dicit, dùm alii stant, mori se fatetur, si cadere contingat. Sic enim ille v. 8: *Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino*. Deduci autem ad inferos, idem est hoc loco, sicut alicubi sæpè, quod ad sepulcrum; qui autem in sordibus est, quique præ confusionem tenebras amat, neque audeat lucem intueri publicam, quasi in sepulcro mortuus, sic etiam situ vivus extabescit. Sanè qui in exilio sunt, aut alienæ voluntati parent, pro mortuis censentur, et mortui vocantur. Quales censeri possent filii Israel, cum sub alieno dominatu durè vexabantur in Ægypto, et qui postea vitam exulem et ægram apud Babylonios traduxerunt. Hi enim posteriores mortui dicuntur, Ezech. cap. 37, ubi exules dicuntur mortui et illiim sepulcrum appellatur. Sic enim v. 11: *Ossa hæc universa domus Israel est*. Et statim: *Eccce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris, populus meus, et inducam vos in terram Israel*. Hoc planè est: *Mortificare, et vivificare; deducere ad inferos et reducere*.

Neque credo, malè conjectaret, qui in mortuis steriles conjuges intelligeret, qui cum nullum ex se factum producant, sicut neque lignum mortuum et putridum, mortui vocantur. Sic sanè vocabantur enuchi Isaiæ cap. 56, v. 5: *Non dicat enuchus: Eccce ego lignum aridum*. Sanè duo magni conjuges Abraham et Sara, quo tempore inepti videbantur suscipiendæ

soboli, mortui dicebantur. Sic vocat Apostolus ab Hebr. cap. 11, v. 12; et claris ad Rom. cap. 4: *Non infirmatus est fide (Abraham), nec consideravit corpus suum jam emortuum, cum ferè centum esset annorum, et emortuum vulvam Sara.* Respicit ergo Anna ad tempus sterilitatis suæ, in quo mortua videri poterat, sicut Sara, aut lignum omnino putre; et ad illud, in quo augeri cœpit nobilissimâ prole, et quasi novum ex se germen producere, dixisse videri potuit: *Dominus mortificat, et vivificat, etc.* Quod sup. è metaphôrâ, de quâ proximè dictum est, Ezech. cap. 17, v. 24: *Siccavi vitid, et frondere feci lignum aridum.*

VERS. 7. — DOMINUS PAUPEREM FACIT ET ELEVAT; HUMILIAT ET SUBLEVAT (1). Hæc sententia millies in Scripturâ sacrâ reperitur, quæ explicatione non eget. Quam sub plantarum allegoriâ eo loco, de quo proximè, expressit Ezechiel: *Ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile.*

VERS. 8. — SUSCITAT DE PULVERE EGNUM, ET DE STERCORE ELEVAT PAUPEREM (2), UT SEDEAT CUM PRINCIPIBUS. Hæc etiam obscura non sunt. Illud notandum, in pulvere conditionem miseram et ægram, et spiritum afflictum significari. Unde frequens in sacris litteris, *sedere in pulvere*, dum significare volunt vilitatem, merorem et illam statum quem homines etiam prudentes non inviti cum morte commutarent; et *excitari in pulvere*, cum quis ad eum gradum et ordinem vocatur, qui procul elevatur à terrâ; qualis est principum, qui thronum suum in sublimi loco statuerunt, hæc eadem sententia iisdem propè verbis reperitur, Psal. 112, v. 7.

(1) *C'est le Seigneur qui fait le pauvre et qui fait le riche, c'est lui qui abaisse et qui élève.* Non seulement le Seigneur en général fait les pauvres et les riches, abaisse et élève; mais il le fait encore dans la même âme. Il la rend pauvre, il la persuade de son extrême indigence, et après cela il la rend riche. Il l'abaisse jusque dans le centre de son néant, et après cela il la relève. Il la réduit jusque dans la poussière, comme Job sur le fumier, dont le corps couvert de plaies était, selon S. Grégoire, l'image de ces âmes humbles, qui disent à Dieu lorsqu'il leur ôte ou l'usage, ou le sentiment des biens de l'âme qu'il leur a e données: *Je suis sorti du sein de ma mère, et j'y rentrerai tout nu. Dieu m'a donné tout, il m'ôte tout; que son saint nom soit béni.* C'est ainsi que l'on devient prince à l'égard de Dieu, et que l'on monte sur le trône que le Sauveur a préparé aux âmes humbles. (Sacy.)

(2) *Mysicè S. Gregor. Deus peccatorem suscitavit in pulvere, cum è venial culpa, è stercore, cum è mortali eum per penitentiam elevavit ad gratiam.* (Corn. à Lap.)

et Lucæ 4, v. 52. Ut autem qui ex abjecto ad splendidam fortunam eventur, ex stercore ac pulvere excitari dicuntur, et ad thronum, excelsum videlicet ordinem promovetur; sic, contra, quos Deus ex loco sublimiori deturbat, et ad ignobilem abjicit, deducere dicitur à solio, et ad pulverem et sterces deprimeret. Sic sanè contra Babylonem olim potentem, quæ latè dominabatur in gentibus quæque sibi honores arrogabat divinos, Isai. cap. 47: *Descende, sede in pulvere, filia Babylon, sede in terrâ: non est solium filie Chaldaeorum.* Hujus rei exempla habemus apud profanos innumera, apud sacros non pauca. Sic Deus excitavit Joseph, de quo Psal. 104, v. 17: *In servum penitus datus est Joseph: humiliaverunt in compediis pedes ejus.* Et statim v. 21: *Constituit eum dominum domus suæ, et principem omnium possessionum suarum.*

Et Sap. 10, v. 14: *Donec afferret illi scriptum regni.* David cum primùm vitam ageret pastorem et rusticam, et deinde sic ab inimico potentissimo vexaretur, ut nullum diu tempus haberet à periculo, seu timore vacuam; inde tamen ad regium nomen, et majestatem ascendit. Quid plura? Morti jam erat destinatus, atque patibulo Mardocheus ab Aman, cujus summa apud Assuerum auctoritas; à morte tamen ignobili proventus est ad locum regio proximam: et aius ab eo statu qui vitalis appellari potuit, et excelso throno ad crucem quam alteri paraverat, ignominiosè descendit.

Hic porrò allegoricè dicendi modus è duplici Hebræorum consuetudine deduci potuit. Fingebatur in nuptialibus sacris excitata è stercore, id est, ex materni sanguinis volutabro, recens nata puella, quæ ab sponso inde assumpta est ad regium nomen: nuptiali enim vocabulo sponsa dicebatur regina. De hæc consuetudine plura nos ad illud cap. 8: *Sub arbore malo excitavi te.* Et constat apertè ex Ezech. cap. 16, ubi puella ex puerperii sanguine ad regnum profecisse traditur. In quem etiam sensum explicabamus illud Psal. 67: *Si dormitatis inter medios clericos.* Alia consuetudo fuit, ut victus, et qui se ad humiles et sordidas preces abjiceret, sterneret se humi, et ore terram oscularetur, ut diximus in nostris Commentariis in Jeremiam, ad illud Thren. 5: *Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes.* Ex igitur statu, qui omnium existimatur esse abjectissimus, ad solium gloriæ miseros elevat Deus.

DOMINI ENIM SUNT CARDINES TERRÆ, ET POSUIT SUPER EOS ORDEM (1). Milita hæc aliè dere astro-

(1) *C'est au Seigneur qu'appartient les fonde-*

menticæ, de universi constitutione, de cardinum naturâ, de cœlesti motu, quæ, ut ego opinor, non valdè faciunt ad germanam hujus loci sententiam. Mihi non dubium est, sermonem istum esse proverbiale, et in eo summam alicujus significari potentiam; sicut etiam in clavibus, quæ portarum alicui, et totius domus potestatem, faciunt. Sunt autem cardines cœlorum duo poli, super quos tota volvitur cœlestis machina, quæ vario perpetuoque rotatu, absque ullâ difficultate modò elevat, quæ proximè depressa fuerant, modò deprimit, quæ supremum in ipsâ cœlorum abside locum obtinebat. Ad hujus similitudinem suos quoque cardines habet terra, licet illa snâ se mole immobilem contineat; super quos rota existimatur, et volubilitate perpetuâ, quæ secum circumferret, omnia nunc sursum attollere, nunc etiam deprimeret deorsum. Cum ergo dicit Anna, *terræ cardines Domini esse, id*

ments de la terre, et il a posé le monde sur eux. La raison que cette sainte femme apporte des effets si miraculeux de la puissance de Dieu dont elle vient de parler, c'est que tout le monde lui appartient depuis une extrémité jusqu'à l'autre, et que c'est lui seul qui l'a affermi sur ses fondemens, ou sur ses pôles: *Domini sunt cardines terre, et posuit super eos orbem.* C'est lui qui règle tous ses mouvements, et qui fait que toutes ses révolutions ne contribuent qu'au salut des siens. Il paraît, selon la pensée de cette divine prophétesse, que Dieu n'a fait le monde que pour ses élus, et qu'il n'arrive rien dans tous ses changements que pour leur vrai bien.

Les saints Pères nous ont marqué sous ces paroles prophétiques mystérieuses, et un autre monde invisible qui est l'Eglise, et d'autres fondemens qui la soutiennent, qui sont les pasteurs que Dieu choisit pour être l'appui et le soutien de ses élus. Dieu met sur eux le monde nouveau. Il ne les met pas au-dessus des âmes pour les dominer avec empire, qui est ce que Jésus Christ défend si expressément dans l'Evangile. Mais il veut au contraire que leur charité les mette en quelque sorte au-dessus d'elles pour les supporter, afin qu'ils les gouvernent non avec une autorité pleine de sagesse, mais avec une sagesse pleine de bonté. Non principandi superbia, dit saint Augustin, sed consulendi misericordia.

L'écriture dit que c'est Dieu qui a mis le monde sur eux, pour montrer qu'il faut que ce soit Dieu qui les appelle à une charge si redoutable, et qu'à moins de cela, c'est comme si un homme s'engageait de lui-même à porter une montagne. Un pasteur bien appelé, dit un saint, est un journalier qui porte une montagne. La fourmi marche, et la montagne ne l'écrase point, parce que Jésus Christ qui l'a appelé à cet emploi, porte lui-même ce qu'il lui a donné à porter, et qu'ainsi il lui rend non seulement supportable, mais même doux un si grand fardeau. (Sacy.)

utique affirmat ab illius potentia sic omnia gubernari ac verit, ut è facilitate res humanae susque deque ferantur, et varias subeant vicissitudines, quo illa, quæ in cœlo sunt, facillimo negotio convertuntur. Hic porrò subaudienda esse similitudinis nota, in hunc modum: *Quemadmodum quia Deus Dominus est cardinum cœli, quæ in cœlo fixa sunt astra, perpetuo rotatu circumferret et voluit, quæ nunc attollit, nunc deorsum corripit et deprimit, sic etiam in terrâ suos videtur habere cardines, super quos humana sine ullo negotio quamcumque in partem velit, rapit et versat.* Ut autem à cardine sunt translationes aliæ plurimæ, ut *cardo causarum*, in quo rerum summa continetur, et in quo magnæ sunt rerum inclinationes, sic etiam *cardines dicitur* posunt terræ, in quo ipsa magnas patitur rerum vicissitudines. In his porrò cardinibus totus vertitur orbis, quem Dominus sic versat, sicut in suo cardine magnarum etiam urbium ab imbecillo etiam brachio claustra vertuntur.

Alias alii in *cardine* metaphoras agnoscunt. Hieronymus in Traditionibus ad hunc locum *cardines* terræ putat esse eos quos mundus calcet et affligit; quibus tamen Deus orbem impositum, quem illi sustinent, non secus ac columnæ ruituram domum, nisi in illis inclinata recumberet. Et quidem sanctorum operâ et precibus mundum sustineri, quem improborum scelerati mores quasi murali tormento continent, multa docent; et nos non nihil diximus ad illud Isaiæ 57: *Justus perit, et non est, qui recogitet in corde suo.* Et quidem si decem illi, qui justè erant apud Sodomæos, non perissent, starent forsân ad hoc usque tempus civitates illæ, quas cœlestis consumpsit incendium, et fetentes ac stagnantes aquæ Mortui maris oppleverunt. Imò tantum valet vel unius justi virtus et oratio, ut contra prementibus peccatorum machinis rumentem possit civitatem fulcère. Jeremix cap. 5: *Circuite vias Jerusalem, et aspiciite, et considerate, et querite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem iudicium; et propitius ero ei (Jerusalem).* Ubi sic Hieronymus: *Grandis amor justitiæ, et non pro decem justis, sicut olim ad Abraham dixit Deus, liberet civitatem: sed si invenerit unum in Jerusalem, miseretur civitatis.* Hic ergo in hæc cogitatione in manu Dei sunt, et illius verè populus, et regnum, quos exultat, etiamis viles hominum opinione habentur et sordidi; facite, ut vastam mundi molem peccatorum incumbentem pon-